

Caspar Mauritius Georg Heinrich Burchard

Theses Theologicae De Iustificatione Hominis Coram Iudicio Divino

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738585920>


Druck Freier  Zugang



Ru. Med. 1657.

Mauritius, Casper / e

Hert Dürhard, Georg Künich



THESES THEOLOGICÆ
De
JUSTIFICATIONE
HOMINIS CORAM
JUDICIO DIVINO,

quas
DEO AUXILIANTE,
PRÆSIDE

DN. CASPARO MAURITIO,
S. S. Theol. Doctore, ejusdemq; Pro-
fessore Publico, Ecclesiate, & Facultatis
Theologicæ p. t. DECANO,

publico examini submissis

GEORG. HENR. BURCHARDUS,
HOLSATUS.

*Habebitur de his disquisitio in auditorio majori
ad diem IV. Junij*

•••(o)•••



ROSTOGHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LI.

1651

THE UNIVERSITY OF
MICHIGAN LIBRARY

PHYSICS
DEPARTMENT

GEORGE EASTMAN
LIBRARY

UNIVERSITY OF
MICHIGAN
LIBRARY



CUM DEO!

THES. I.



Mnes in universum homi-
nes infecti sunt ab ipsa sui qua na-
scuntur origine illo malo, quod in-
tellectus voluntatisq; tum poten-
tias tum actus a perfectissima DEI
cognitione & amore subtrahit, & ita omnes iræ
divinæ & æternæ damnationis reos facit.

II.

Tantum malum homines per naturæ vires
nec cognoscere, nec remedia dispicere potue-
runt.

III.

Omnium DEUS ab æterno pro immensa
bonitate suâ misertus est.

IV.

Et filius DEI missus fuit propitiatio pro o-
mnibus.

V.

Et per verbum divinum tum mali inhæren-
tis

tis tum remedii oblatis cognitio sufficiens per-
venire ad omnes potest.

VI.

Illi igitur, qui remedium divinitus oblatum
recipiunt, id est, ordinem à DEO institutum
observant, ipso actu à malo suo liberantur, ita ut
per illud à bono æterno non excludantur.

VII.

Et hæc actio DEI, qua is in tempore homini
peccatori gratiam suam, propter satisfactionem
filii sui, quam ille verâ fide, ex verbo revelato ac-
ceptâ, apprehendit, ipso actu applicat, dum pec-
catum non imputat & offensam remittit, hæc di-
citur à scriptura propriè **JUSTIFICATIO.**

VIII.

Habet illa quædam, quæ ipsam ordinario mo-
do tum antecedunt, tum comitantur.

IX.

Omnia igitur, quæ huc pertinent, sese osten-
dunt: tum illa, quæ ipsum justificandi actum in-
grediuntur, & ad illum tanquam causæ propriè
dictæ pertinent; tum quæ præcedere ipsum se-
quiq; ordinariè necessum est.

X.

OBJECTUM ipse homo peccator est: seu
homo

homo ob peccatum DEO inimicus, & ita reus
æternæ poenæ.

XI.

Gratuita DEI misericordia causa principalis
est, cæteras ordinans & disponens : & proxime
quidē, prout illa in tempore homini applicatur.

XII.

Efficiens altera est & promerens, filius DEI.

XIII.

Ille humanâ indutus carne, perfectissimâ obe-
dientia, quod homo non poterat, immutabili di-
vinæ justitiæ satisfecit.

XIV.

Verbum DEI hanc filii DEI satisfactionem
offert : & per Legem homini tum malum, cui
obnoxius est, tum rigorem justitiæ divinæ o-
stendit; per ministerium autem Evangelio pro-
prium fontes gratiæ divinæ recludit.

XV.

Per verbum hoc Spiritus S. generat in homi-
ne illud recipiente & meditante, tum verum
peccati sensum, tum FIDEM.

XVI.

FIDES nitens promissionibus divinis, fun-
datis

A 3

datis in merito filij DEI, ceu causa instrumentalis, homini gratiam divinam applicat, facitq; ut voluntas in gratiâ oblatâ, vera fiduciâ, quæ cognitionem asensumq; in intellectu præsupponit, acquiescat.

XVII.

Ipsa FORMA hujus divinæ actionis est, quâ DEUS hominem à peccato ab solvit: i. e. justum declarat, & propter satisfactionem filii sui eidem peccata ad pœnam non imputat.

XIIX.

Et hoc ipso homo in gratiam DEI recipitur, adoptatur in filium, & hæres constituitur vitæ æternæ,

XIX.

Sequitur ipsa Renovatio & donatio novæ justitiæ: quæ ubi tempus operandi est in adultis per opera caritatis erga DEUM & proximum sese exerit,

XX.

Et hæc caritatis opera fidem necessario sequuntur: & separari ab illa non possunt.

XXI.

Vitam tamen æternam non merentur,

Hæc

XXII.

Hæc asferta totius S. scripturæ sunt.

XXIII.

Sedes autem potissima in Epist. ad Romanos
& Galatas.

XXIV.

Rejicimus igitur illa Pontificiorum asferta,
quibus ajunt:

I. Justificationem non tam in peccatorum
remissione, quàm novæ justitiæ positione con-
sistere.

II. Timorem, spem, caritatem & fidem esse
dispositiones ad justificationem introducen-
dam.

III. Mereriq; eas justificationem ex congruo:

IV. Justificationem aliam esse qua justii con-
stituiamur: & aliam quâ proficiamus.

V. Peccati remissionem non tam fieri per
sententiam & absolutionem divinam quàm ha-
bitûs contrarii positionem.

VI. Ipsam justificationis formam esse aliquid
quod intrinsece nos denominet.

VII. Fidem solam non justificare.


VIII. Fi-

- VIII. Fidem formatam fieri per opera.
IX. Et illam sine operibus posse consistere.
X. Opera verè vitam æternam mereri.

Tantum.

S. D. G!





XXII.

Hæc asserpta totius S. scripturæ sunt

XXIII.

Sedes autem potissima in Epist. ad
& Galatas.

XXIV.

Rejicimus igitur illa Pontificiorum
quibus ajunt:

I. Justificationem non tam in pro
remissione, quàm novæ justitiæ pos
sistere.

II. Timorem, spem, caritatem &
dispositiones ad justificationem in
dam.

III. Mereri quæ eas justificationem

IV. Justificationem aliam esse quæ
stituiamur: & aliam quæ proficiamus

V. Peccati remissionem non tantum
sententiam & absolutionem divinam
bitus contrarii positionem.

VI. Ipsam justificationis formam
quod intrinsece nos denominet.

VII. Fidem solam non justificare.

